



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 7. Concionatorum non irascentium culpa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

bus tradunt. Atque is quidem, qui corpore occiditur necessario naturali lege, etiamsi necatus non fuisset, moreretur: hic verò sempiternam mortem vitare potuisset, nisi hanc illi conscivisset paterna negligentia. Præterea corporis mortem superveniens protinus resurrectionis gloria delere poterit facillimè, anima verò interitum nihil solvere poterit, cum sibi nulla tum sit reliqua salutis spes, verùm immortales cruciatus luere cogatur. Itaque non iniuria parentes (& magistratus) eiusmodi deteriores parricidis esse diximus. Hac de causa Sapiens ait: *Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.*

Prou. 23.
14.

VII.

CONCIONATORVM
NON
IRASCENTIVM
CVLPA.
Plutarchi
de virt.
moralis.

Quod de Concionatoribus ipsis occini potest. Nam si Cynicorum vertex Diogenes sapienter putatur locutus, quando, auditis Platonis laudibus, dixit: *Quid verò habet ille præclari, qui tam diu Philosophiam professus, nemini acerbus fuit?* quid ad Concionatores dicet iudex Deus, qui floribus tantùm verborum student? qui mulcere aures, non corrigere mores populi volunt? qui iucunda, non utilia proferunt? qui semper auditores laudant, nunquam emendant; Encomiastæ, non Ecclesiastæ? qui, ut ipsi nunquam sunt in dicendo vehementes, ita neque alios unquam commouent vehementer? vitij placati,

S

ti,

ti, non irati: Mitrones, non Cicerones: de-
Isa. 56. 10. nique *canes muti non valentes larrare, videntes*
vana, dormientes, & amantes somnia. Ad hos
 utique etiam Deus de coelo clamat: *Irafcimi-*
ni, & nolite peccare; peccabitis, si non irasca-
 mini; ira iusta est, contra iniustos detonare;
 exagitare impuros; superbos debellare; lur-
 conibus non parcere; inuidiam stilo confo-
 dere; proscribere iracundiam; & in vitia
 non esse clementem. Esto, clament, qui, tan-
 quam podagrici, se tangi non sinunt: esto,
 nimium dici videatur illis, quibus nullum
 scelus est nimium. Dixit & Christus vete-
Marc. 3. menter, sed dixit vtiliter; dixit *ita, ut non pos-*
31, *sent panem manducare. Et, cum audissent sui,*
exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam
in furorem versus est. Sinite hoc & de vobis
 dici, concionatores; vos, cum Christo, *iraf-*
cimini, & nolite peccare parcendo. Vnusquis-
Isa, 58. que sibi dici putet: *Clama, ne cesses, quasi tu-*
ba exalta vocem tuam; & annuncia populo meo
scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.
 Sic irasci, est sanare, non vulnerare; pu-
 nire non insanire: iudicare, non
 precipitare.